ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GUIDO DE MONTE ROCHERII. THOMAS EBENDORFER. NICOLAUS DE DINKELSBÜHL. NICOLAUS DE GRAETZ. SPECULUM HUMANAE SALVATIONIS

um 1420/1453 (nach Wasserzeichenbefund) Seite 55r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=549
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Impedimentum condicionis introductum est ab ecclesia in fauorem libertatis, et de hoc breuiter est sciendum quod si mulier libera contrahit sicut cum seruo, uel liber cum ancilla tenet matrimonium et nullum est. Si vero libera contrahit cum seruo ignorante quod credit esse liberum, uel liber cum ancilla ignorat quod credit esse liberam, nullum est matrimonium, nisi postea cum ipsum nouerit contractum alterius esse talem, consentiat in eam vel ei uel tacita copulam. Nota tamen quod error deterioris condicionis impedit et dirimit matrimonium, non autem patris uel melioris. Ecce, ut si seruus contrahat cum ancilla quod credit esse liberam, uel cum libera quod credit ancillam, quia non decipitur nec habet quod obiciat ei de condicionibus aduersis in matrimonio. Vide supra de sponsalibus tamquam quia idem est iudicium hic et ibi.

Impedito voti

Altera impedimentum voti nota quod intelligitur de voto castitatis, sive de voto castitatis et tamen hoc est secundum quod duplex est votum castitatis, uel quoddam solemne, votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum. Quid autem sit votum solemnizare licet dum fiebat altercatio inter doctores, tamen hodie est declaratum per dominum Bonifacium octauum, est de voto et voti redemptione tamquam sedes. Quod votum solemnizatur, vbi legitur quod votum solemnizatur quantum ad dirimendum matrimonium duobus modis. Vno modo per susceptionem sacrorum ordinum, sicut subdiaconatus, diaconatus, presbiteratus. Alio modo per professionem expressam uel tacitam sacrorum alicui de religionibus approbatis. Primoti ergo ad sacros ordines uel religiosi non sunt capti nec per hoc contrahunt matrimonium. Nota generale constitutionem in constitutionibus domini Clementis, qui contrahunt religiosos, contrahunt matrimonium de facto, si quis sint cum monachis et irregulares. Nec sit ad eis dispensatio nisi per sedem apostolicam, ut patet.

Impedito cognatione

Cognatio est duplex quedam carnalis quedam spiritualis quedam legalis.